

ACTVS III

ANTIPHO GETA i

465 *AN.* Enīmvero, Antipho, multimodis cūm īstoc animo es
vituperandus :

itane te hinc abisse et vitam tuām tutandam aliis dedisse !
alios tuām rem credidisti mage quam tete animum advor-
suros ?

nam, utut erant alia, illi certe quae nunc tibi domist con-
suleres,

nequid propter tuām fidem decepta poteretur mali. 5

470 quoi(u)s nunc miserae spes opesque sunt in te uno omnes
sitaē.

GE. et quidem, ere, nos iamdudum hic te absentem incu-
samu' qui abieris.

AN. tē īpsūm quaerebam. *GE.* sed ea causa nihilo mage
defecimus.

AN. loquere obsecro, quonam in loco sunt res et fortunae
meae ?

numquid patri subolet ? *GE.* nil etiam. *AN.* ecquid spēi 10
porrost ? *GE.* nescio. *AN.* ah.

475 *GE.* nisi Phaedria haud cessavit pro te eniti. *AN.* nil
fecit novi.

GE. tum Phormio itidem in hac re ut in aliis strenuom
hominem praebuit.